

Delibuta comas, oculis vaga, languida voce, Perdita delictis, Perit, ut perdat, & irretita vel oscitantes illaqueat: laqueus enim est pedibus, vel fugacibus; velum oculis, viscus alis, acque infatuatio mentis. Hæcine à colore cineris? Misera sanè fors hominis.

Hoc sale sal hominum Salomon insulsus amari

Demeruit, morem qui amaro gessit amori.

DIDASCALIA V.

Mirabilis schola, ubi ignorantia singularis sapientia.

Modo locum habet, quod promissimus Tom. 2. T. 3.

D.8. num. 11. de Gloriosi N. P. Benedicti scientia, quæ à mundo ridebatur ut ignorantia. Unde Damian, Opuscul. 45. insit: Ad literarum studia mittitur, sed ad sapientem stultitiam revocatur. Sapientem stulticiam? Utiqûe. Singularis profectò sapientia modus. Annunciate inter Gentem studia eius: igitur novâ studiorum cogitata formâ, claruit sapientia, quæ stulto mundo videbatur stulticia. Stultus non intelliget hæc.

Concepit aspera mente, Cùm puer aukaci cepit gaudere volatu: Cœlique cupidine tactus, Altius egit iter.

Hand aliter, qui vel à pueritia forma vitæ, Monachorum propositum; singulare principium, summatis consummatio, totiusque Religionis, ac Religionam assertio. Quæ enim perfectio, quæ Religio, quæ virtus, quodnam sanctitatis decus, cogitabile in cœta Sanctorum; quod in Benedicto, quasi prerogativæ cuiusdam non teneat principatum?

In cœlum quis evehit optima summi

Nunc via processus. Quolibet lignum in Paradiso Religionum, faciens fructum iuxta genus suum. Suum ergo quorsum? Ut noceat in Benedicto singularem, divitem fructum. Arbor fuit Beatus Benedictus grandis atque fructifera: inquit Bernard. ferm. de co. n. 3. Fructus virtutes sunt spiritus radicis, in signum internæ singularis per-

Architren. & An. Silv. de præo. m. ierib.

Petr. Dam. Plal. 9. 13.

Encornia S. Benedicti.

Invenal.

Genef. 1. 11.

Bernard.

fectionis. Singularis, quoniam iuxta proprium genus, cuiusvis rutilat fructus: Suumque dicitur & genus; quia proprium genus Benedicti virtutum, est fructus ubet perfectionis omnium: arbor singularis in voluptatis horto, singulari fructu, Benedictus floret, fulger, speciosus stat; igitur omnium virtutum spiritus plenus fuit. Speculum bonorum operum factus est mundo, totius Religionis & Religionum assertio, quarum semen in semetipso fuit; ut conset modò & qualis & quatenus est: siquidem si in singulis mira bonorum æstimabilis præstantia; Benedictus Pater uti speculum ad omnia.

2 Saltus Hercynius (inquit Solin. cap. 23.) aves gignit, quarum penna per obscurum emicant & interlucent, quavis densa nox obteget & denset tenebras. Unde homines loci illius plerumque nocturno excursus sic destinant, ut illis utantur ad præsidium itineris dirigendi, prædictisque per opaca callium pennis: rationem via moderentur indicio plumarum resurgentiam. Ante Benedictum, in occidente deserta non habitabantur nisi à feris: hic proiecit civitates, non reputavit homines; sed in archetissimum specum se tradidit, atque vivum spelivit.

Quisquis ex alto spicet Terrena, facie pollat metuens novâ, Aciem reflectat, oraque in cœlum erigat, Portenta fugiens.

Unde qui mundi cives; ut essent cœli, vastas, ingrataque solitudines constituerunt civitatem habitationis. Uti sanè exemplo & penis regulæ emicantis in tenebris Benedicti, ad præsidium itineris dirigendi: inventorque in invio, sicut invenit in Sancto, ratio vitæ, viæque turæ ab incurribus hostis, indicio planæ in Magistro perfectionis, resurgentis. Sic petitur cœlum.

Nos quoque sub duce cœlum metabimur illa.

Dicit alio Ovid. 1. Fastor. v. 307. Metam. fab. 4.) qui Doctor Doctorum gloriosus Patriarcha mihi, cunctisque assecelsis loquitur: Potiere petitis, Elysiasque domos, & regna novissima mundi, Me duce cognoscet, simulacraque chara parentis.

Invia virtuti nulla est via.

Est enim quodlibet Regulæ verbum, uti præceptum lucidum, lumen & lucerna

Ornatus virtutibus eminium.

Cur speculum?

Aves fove Hercynie.

Solia.

Senec.

Regula Benedicti lumen est orbis.

Ovid.

Idem.

pedibus, ut quisque viator ponat in via directionis gressus suos.

Ad Hesperium montem (inquit Plin. lib. 2. cap. 106.) stellarum modo campi noctu nitent. E Casino, habitaculo Solis totius Occidentis (adi Baron. ann. 494. & 529.) fulsit lux nova, luminari Regulari, ne fugientes tenebras mundi, errarent itinere præ nimia affectuum obscuritate: quandoquidem vel noctu stellarum modo nitent campi planities Hesperij è lumine montis. Retorqueatur Manil. 1. Astron. cap. 1. à v. 31. & lib. 2. cap. 1. à v. 122. Perirent namque semitam vite quarentes,

Ni tantos animis oculos natura dedisset, Cognatamque sibi mentem vertisset ad ipsum.

Et tantum distasset opus, cœloque veniret,

Quod vocat in cœlum sacra ad commercia rerum, Et primas quas dant leges nascentibus astris.

Per te iam cœlum in terris, iam sidera nota, Sublimes aperire vias, unumque sub orbem Sentirentque Deum gentes, quam maximus esset.

En lux nova. Qualis in cœlum, quam docuit semita? Omnino lucet. Semita quasi lux splendens procedit. Lux est, & lux splendida; quia quam ostendit semitam Benedictus calcavit plantâ. Dirigit gressus nostros, ut tanto magis accendamus ad agenda, qua docuit; quanto certi sumus (subdit Bernard. d.) eam non alta docuisse, quam fecerit. Hic habemus semen suum. Imitemur, quoniam ad hoc venit, ut formam nobis traderet, & vitam demonstraret. Semen habemus: camus & fructum asseramus. Qualem fructum? Qui omnia habuit, omnia reliquit. Quid enim illi aliud? Quantum potest, à se abiicit: & in tanta felicitate (ait Seneca ad Polyb. cap. 20.) nullum maiorem ex ea fructum, quam contemptum eius petit. Cuncta reliquit, dum à se & mandato recessit.

Nitent decore vultus, Illi tranquillam licuit Vitam ignotam ducere, Deo autem notam.

Uti succinit Synafius, Hymn. 1. v. 28. Notam & ignotam? Indicat profectio scientiam & ignorantiam. Utiqûe, ut nobilior esset renunciatio in mundi ignota & nota renunciatio. Altruit Gregor.

Magn. 2. Dialogor. cap. 1. Recessit igitur scienter nescius, & sapienter indoctus. Sposperus ergo presentis Didascalie erit renunciatio tanta felicitatis scientissima nescientia, ac in modo sapientissima ignorantia.

4 Scienter nescius. In ipsa verborum implicatione stat gloria Benedicti. Sciebat & nesciebat: & simul gloriæ renunciare novit, quia quid relinquebat in ipsa cognitione nescivit. Alij multa in mundo mundumque relinquunt; sed relinqueret nesciunt, quia relinqueret sciunt. Benedictusque, dum ab illo abdicatur mundus, recedit scienter nescius; quippe illi mundus ignotus, cœti mundus derelictus, Scienter, quia cognovit reliquisse omnia; nescius, quoniam derelicta ignoravit præopulenta.

5 Ut erigeretur templum Domino; inhibitus ab angustia, meditata seriùs structura, David præparavit in expensas necessaria. Ecce ego (inquit) in paupertate mea præparavi auri talenta centum milia, argenti mille milia talentorum. (Malucud. Orbes auri. Alapid. Immensa & penè incredibilis summa.) Reliquorum metallorum non est pondus ad pondus: Vincitur enim numerus magnitudine. Altruit opulentiam sine numero Iosephus lib. 7. Antiq. cap. 11.) Multis auri (inquit) talentis, plurimis item argenti, & smaragdâ aliisque omni generis gemmis. Hæc enim David reliquit, & reliquisse cognovit: quare ergo numerum & pondus præterit quasi nesciret? Vincitur numerus magnitudine. Qui tanta possidet, ut numerum numerum superet; scit pretiosa habere, & sane nescit quod habet: unde Manil. lib. 4. Astron. cap. 1. v. 7.

Nec quod habet, numerat.

Patet ergo divitiarum copia, dum aurum computaretur ad numerum per talenta: & cùm tanta Rex in obsequium Dei haberet, quæ quanta sciendo nesciret; ignoravit profectò quod cognovit: igitur tanta ac tanta relinquentia sacravit, ut nesciret quid reliquerit. Vernacule: Dexto tanto, que ignorò lo que dexaba; por fer tanto lo que tenia que dexar, que ignorò lo que tenia.

6 Clarebunt cuncta in celebri testimonio contenta, ex mundi contemptu profectò à cunctarum Religionum Patriarcha. Erant in proverbio (inquit Hæsten. in Prolegom. 14.) opes, adfissionum moles & splendor familia Antiana. Eadem inveniuntur in Calsiodor. lib. 10.

Quomodo scienter nescit?

1. Paral. 14. Malucud. Alapid. Ios. Ioseph.

Manil.

Magna opulenta, que nescitur cognita.

Hæsten.

Va.

Gregor. Magu.

Quomodo scienter nescit?

1. Paral. 14. Malucud. Alapid.

Ios. Ioseph.

Manil.

Magna opulenta, que nescitur cognita.

Hæsten.

Va.

Varior. Epist. 11. & 12. (quæ prætermittit suo loco Tom. 8. T. 4.) Aufon. Epist. 3. Claudian. in Panegy. Probin. & Olybrij, singulatimque apud Ammian. Marcellin. qui de Probo avo Gloriosi Patris, lib. 27. subdit: Ad Præfecturam prætorianam Probus accitus à Valentiniano Augusto, claritudine generis, & potentia & opum amplitudine cognitus orbi Romano; per quem universum patrimonium sparsa possedit. Prudentius denique lib. 1. Contr. Symmach. v. 636. accinit: Fertur enim ante alios generosus Anicius Urbis

Ammian.

Prudent.

Insignis Benedicti mundi renunciatio.

quit totum orbem. Orbes auti quid in possibile sonant: orbisque auri tantò splendori non dissonant; ut constaret scientia & ignorantia, præ bonorum affluentia: etenim paruit in Benedicti voluntaria abnegatione, quod videbatur impossibile haberi. Habet ut non habeat. Scit quod habet, & habere ignorat: Pluris, divitiarum Deus, pingebatur oculis orbis: Chartar. in Pluton. fol. 191. lun. verò Emblem. 6. asserit, fuisse oculatum. Utrum pro typo Benedicti congruum: igitur si in lumine innuitur scientia, & cæcitate ignorantia; præ copia divitiarum scienter nescivit, & cognoscens non cognovit. Notatur profectò fortunatum opulentia, in tantæ felicitatis ignorantia: igitur cum sciret, quòd ex animo abdicaret; quid præ numero & opulentia nescivit. Alstruit textus. Ecce ego (præmittitur) in paupertate mea præparavi auri talenta, &c. Si aurum est, & aurum pro talenta, similiterque alia preciosa metalla; quo intuitu divitiis paupertatem dicit? Quia quod relinquit & cognoscit & nescit. Datur cordis Benedicti theatrum inter affectum ad Deum & divitiarum fastidium. Non ut habeat, opes haberi sed ut consecret. Non habet, ut habeat, sed tantum ut pro Domino relinquat. Titulo paupertatis decoratur opes, ubi vota in obsequia sunt superiora divitijs. Orbis præ se fertur opulentia; sed cordis Benedicti præ amore celsiora vota: totiusque orbis honoratæ divitiæ nominantur pauperies; quia nihil illi pro Deo videbatur totus orbis. Est inter eos (gloriam, mundique honores fugientes ad gloriam & honorem Deitatis) qui sciens, divitijs reliquisse cognoscit, & qui scienter nescit. Hic omnia reputat nihil; ille aliquid. Scit sciens, qui divitijs arbitrat in obsequium divitijs: scienter nescit, à quo divitijs vocatur propter amorem paupertas; quia quasi nihil despiciet eam, si dederit domus suæ omnem pro dilectione substantiam; Benedictusque cum tanta reliquisse cognoscit, reliquisse tanta nescit (uti paupertatem notans orbis divitijs) quasi respectu dilectionis ita cuncta generosè despexit, quasi si nihil in orbis oblivione reliquisse.

Plutus oculatus & cæcus. Chartar. Adrian. lun.

Ubi supra.

Cur Benedictus nihil videtur totus orbis.

8 Sciens scito: dicitur Davidi à Rege, quem sibi conatur obsequi. Cur ergo in illo servitij obsequio, regegitur ad cognitionem cognitio? Ut dum constaret insignis demonstrationis studium, etiam actioni rutilaret premium. Aliter Regi

1. Reg. 28. 1.

eccelesti Benedictus obsequitur, ubi maius obsequium ab illo nescienter studij scitur: igitur si in scientia & scientia premium innuitur, meritoriumque præclarum; Benedictus operatur obsequium propter obsequium. Quarit dilectum, non se. Quarit, quia parum esset, omnia, nisi se fugeret. Mundum reliquisse cognoscit, atque mundum totum reliquisse nescit. Scire sciendo, est aliquid in obsequium perferere; & non ut aliquid, sed uti magnum ostendere. Elucet in Petro, qui reliquit exigua; dicente, quia sciebat quæ, mundum reliquisse & omnia. Nescire sciendo, est in actione summa amoris demonstratio; quippe non ut aliquid ostenditur, quod uti summum præclarè perficitur: Benedictique mundum relinquens & omnia, dicitur ex cognitione nescientia; quippe est mundum missum à corde cognoscit, sibi in obsequium quasi nihil faceret. Reliquit æquo animo beatam domum (dicam ex Marc. Seneca, Controversia, 1.) O felix spectaculum! Rei tantæ Benedictus insignem addidit modum: siquidem præ amoris erga dilectum vehementia, nihil & nihil videbantur omnia.

Quarit obsequium propter obsequium.

Seneca.

Prov. 13. 7.

Matth. 19. 27.

In hoc summi amoris studium.

obster multis abundare divitijs: crescit sane amoris flamma, quàm ab amante facta, æstimatione minorantur obsequiumque quasi paupertatis nominatur, qui à Benedicto mundus totus dimittitur, quoniam respectu amoris cordis in Christum flagrantis, quasi nihil & inane opes reputantur orbis.

10 Benedictus simul in unum dicitur & pauper. In divitijs aliquid cognoscitur dimissioni possibile: nihil verò in paupertate. Utique scienter nescius recessit, quando dives quasi pauper pro Christo mundum reliquit: quandoquidem amor ex omnibus quæ reliquerat, nihil dignum amoris æstimatione cognoverat. Quasi pauper, cum in multis divitijs sit. Abundat opulentia, & opum amplitudo exponitur ceu inopia. Olim (ut ait Georgius Venet. Tom. 5. Problem. 351.) paupertas confabatur mater amoris: in Benedicto videtur amor patet paupertatis: igitur pauper dicitur, quàm dives plauditur; quia cuncta præ amore reliquit, quasi in eius obsequium nihil haberet. Magnus amoris excessus, ubi offertur opulentia, & paupertatis habitus: equidem si egregium, in amplexu fortunæ, fortunarum toti renunciare gloria: amplius, in amoris gloriam, ampliam divitijs minorare fortunam, exhibita paupertate in donorum magnitudine: Benedictusque cum in multis esset divitijs, signat exiguitatem pauperis, quasi nihil habentis; quippe licet magna & summa respectu mundi, ad despectam præ amore nullius momenti. Quasi pauper. In quo amoris potissimus splendor,

Psal. 48. 71

Minoratio officios obsequii, manus obsequia officii. Georg. Venet.

Ovidi.

Astrinxit verbis ingeniosus amor. Equidem relicta numerat, quasi haberent numerum: signatque pauper pretiosa, quasi non haberent pretium. Quasi pauper. Apposite. Ad vota recurrit paupertas, quippe nec facie novit divitijs Benedictusque qui amplitudine divitiarum felix, obijcitur quasi pauper; quoniam despexit totum opulentie censum, quasi dantaxat esset sine divitijs voluntatis votum. Quasi pauper. Despiciere divitijs sub nomine divitiarum, virtus erat: despiciere, quasi nihil despiciendum haberet; necessitatem signabat: & non pauper, sed quasi pauper Benedictus dicitur, dum ab illo pro Christo mundus fordidus contemnitur; quoniam si gloria eximia, ex necessitate efformare virtutem, maior profectò, virtutem dicere necessitatem.

Paupertas mater amoris, quo studio avocari solita.

2. Cor. 6. 10

Mundi bona, nulla.

Horat.

Demonstrationum di-
minutio est
in amore
perfectio.

11 Astruit huius amoris ingeniosum
studium Doctor Gentium. *Tanquam ni-
hil (ait) habentes, & omnia possidentes.*
Perperam coire videntur nihil & omnia;
nisi quia bona, uti mundana, caduca:
quandoquidem omnia nihilum, cum uni-
versum in summa sit vanitas vanitatum.
Tendit utique ex mendaci prosperitate in
virtutem, qui universi fulgurantis agno-
verit vanitatem. Verum in ipsa fallacis
pretiositatis scena, mens ex diffinitione
mundi bonorum abigua. Bona, est
inania, peritura, bona sunt: mala, dum
assuunt divitiarum, si fatue apponatur cor.
Unde vel Ethnicus.

*Et mihi res, non me rebus submittere co-
nor.*

Qua ergo lege, veritate, proposito, vel
incaute, ad mundi defectum qui omnia
possidet, quasi nihil haberet? Nihil, &
mundi opulentiam? Mysterium ostendit
Tanquam. Non ambigit Paulus de despe-
dit divitiarum entitatis, sed exponit obse-
quium respectu amoris; qui ut in Benedi-
cto omnia, & pretiosa, arbitratur per-
exigua. Fingere imperfectiones in meriti
qualitatem, est meritis addere ingeniosam
perfectiorem; quia crescit obsequij esti-
mabilis pretiositas, modo in primum
diminuat entitas. Non est meritum,
quod nihil despiciatur; quippe nihil non
despiciatur. Non entis non qualitates.
Summa vero, dum omnia nihilum res-
pectu amoris; quoniam qui duntaxat inten-
dit obsequij, obsequium intendit, & ne-
quaquam munerari. Unde cum obsequij
diminutio, sit obsequiorum perfectio;
omnia possidens studiosè Benedictus reli-
quit, quasi nihil in amoris demonstra-
tionem haberet. Ut obsequium insignis
amoris perficiat flaganter cor, qui divi-
tias plenius habent, tanquam non ha-
bentes sint. Nesciant quod cognoscunt,
ut crescat ex exiguitate obsequium: nu-
merus enim sine numero augetur, modo
ciphra, nihil significans, apponatur. Vul-
gò: *Nada significa el zero, y aumta el
numero.*

12 Aprior prefatum, ni fallor, rati-
ocinium. *Nihil & omnia*. Hoc in amo-
ris ingenium. Omnia relinquere, profes-
sio virtutis. Sic in, quasi nihilum esset,
operatio videtur necessitatis; sed est per-
fectionis index: Benedictusque quasi ni-
hil habens, omnia relinquens, adeptus
est in amore meditatam perfectionem;
quia veste necessitatis dissimulavit virtu-
tem. Maior utique despicienti amoris

plausus, absque ulla prorsus ostentatio-
ne despectus. Modò intelligitur illustre
testimonium eiusdem Patriarchæ in *Regul.*
cap. 7. grad. 2. (*Scripturam* ibi haud
intelligas sacram, sed alicuius auctoris
nobis incogniti, tuncque cogniti, ac vir-
tute, eruditione, vel utraque commen-
dati; de quo vide Hubert. Phalesium,
Monach. Assigien. Præamb. 3. in *Bi-
blior. Concord.*) nimirum, *Necessitas
parit coronam*. Singularis ne sententia.
Ex meritis profectò corona parita. Quod
necessarium, excludit omnino meritum.
Quomodo igitur necessitas coronam ne-
dit, quando meritum excludit? Amoris
utique ingenium excogitavit modum:
Contentum enim voluntas & necessitas:
Quod mundum relinquit, & nihil in mun-
do possidet; nihil sanequam relinquit.
Modò mundi habeatur nihilum, in dimis-
sione non meritum; neque citra merita,
ulla capiti corona. Omnia in eo qui ha-
bet & omnia reliquit, quasi nihil habe-
ret; est ad defectum voluntas, sed vide-
tur præ paupertate necessitas: hancque
necessitatem per amoris industriam,
astruit Benedictus parere insignem coro-
nam; quia summa perfectio meriti, ex
gloria despecti mundi, cuncta possiden-
tis miram, præclaram virtutem, quasi
nihil possideret, vocare necessitatem.
Hoc est, nescire & cognoscere: obsequio
enixe studere, & uti obsequium nescire.
Aliter in nos etiam obsequiosus noster
amor.

Cedat inscitia nubilus error.

13 Vidimus, quo pacto Benedictus è
mundo recessit *scienter nescius*: obiciens-
dum etiam, quomodo *sapienter in doctus*.
Si *sapienter*, sciebat: si *indoctus*, ignora-
bat: quid ergo scivit & non cognovit? Re-
spondet quo supr. Gregor. Magn. *Despe-
xit iam quasi aridum mundum cum flore.*
Mundum reliquisse cognoverat; sed flo-
rem mundi reliquisse nesciebat: & in hac
ignorantia plenior Benedicti sapientia;
quoniam si mundi flos est spes, ubi reli-
quit cuncta, in spe reliquit maiora. Pe-
trus cum pro Christo indicasset relicta, fi-
denter dixit: *Relinquimus omnia*: & præmit-
tit *Eccc*, ut constarent oblita demonstra-
tione. Quid ergo demonstrare poterat in
obsequium? *Nonne rete fissum, & cala-
mam & hamum verum?* Ita Chrysost. *Homil.*
7. *Epist. ad Rom.* De subtilitate vocis,
Verum hamum, aliquando dicemus, *Tom.*
8. *T. 3. D. 4. n. 5. & 6.* dum Div. Franciscum
exponamus. In rete, calamo, & hamo

Magnum.
insignem vir-
tutem dice-
re necessita-
tem.

S. Bened.

Boet.

Gregor.
Magn.

Matth. 19.
27.

Chrysost.
In spe bona
cuncta om-
nino.

cun-

cuncta ex mundo relicto clareat obse-
quia. Unde his dimissis, Petrus in mun-
do reliquit omnia? Hæc omnia sunt
Uti que. In illis erat spes. In illa Petrus
habebat plus quam habebat: habebat re-
te, & spem qua reti plus: & cum habe-
ret, plusquam habere quibat rete non
nominat; quoniam habebat ex rete, plus
quam poterat relinquere. Clarius. Fal-
litur qui dixit (Adi Kircher. *Eodip. Agg-
ptiac.* part. 1. Tom. 2. class. 1. cap. 5.)
*Vebitur qui curru spei, sociam habet
paupertatem*. Unde Faustus Andrelin.
Carm. 8.

— *Rebus inimica secum dicit.*
Equidem ut insit, 1. de *Vit. Moyf.* Philo:
lo: *Spes gaudium ante gaudium*. Quia
illa habetur, plus quam mundi possessio
dicitur concipitur: & illa Petrus oblita,
astruit reliquisse omnia; quia in spe mun-
di maius pretium, quam si pro Christo
totum è sine facuum excussisset mundum.

14 Patet spei concepta pretiositas,
tanquam divitiarum summities. Hinc à
Psalmista dicitur: *In terra viventium*
(id est, viventium in terra. Hæc genuina
textus interpretatio, quia in celo non
est spes) simul *Spes & portio*, sive pos-
sessio: igitur si possessio bonorum indi-
cat usum, spes ad ventum bonorum; ut
in despectu pro celo connotet pretiosita-
tem, spem prius designat, quam bono-
rum possessionem: equidem si relinquen-
dam quod pluris æstimat cor, nulla maior
opulenta inter bona, quam spes. Ictico
Petrus dicit: *Eccc nos reliquimus
omnia*. *Omnia & Ecce demonstrativè?* In-
ré. Perpende. Aliqui, viventium terram
intelligunt gloriam. Adi Euthym. & Ge-
nebrard. hic. Quo pacto videbitur cæli
gloria, gloria viventium in terra? Si spes
bonorum despiciatur, quæ quidem portio
sine portione maior. In gloria omnia
bona, & omnia gaudia: speque gaudiorum
atque bonorum, viventium in ter-
ra, oblita, dicitur sola in spe verè reliquis-
se omnia; quoniam cum pretiosus bonum
spes inter bona sit; omnia bona,
gaudia & gloria continentur in spe. *Portio
& spes*. Quod videtur implicatorium,
indicit obsequij in despectu pretium: igitur
si magnum reliquisse habita, in spe
rehabant maiora; quippequam, dum sit
inter portionem, spemque ad examina
collatio, ultra atque citra portionem spes
potissima portio.

15 Perpiciamus tractum. *Eccc nos
reliquimus omnia*. Tota portio in reti,
Tom. V.

Panperies
spei comes.
Kircher.

Andrelin.
Philo.

Spei gau-
dium ante
gaudium.

Psalm. 141.
6.

Maior, in-
ter bona spei.

Ubi supr.

in calamo & hamo solo. Hæc non omnia
bona mundi. Aliunde ergo statuenda,
cum dicunt, *Eccc*. Sanè, Vocavit Chri-
stus Petrum & Andream piscatores mune-
re; sed *mittentes rete in mare*. Cuncta
& iactum reliquerunt, sequentes actu-
tum Christum. Nil præter præfata ha-
bebant: plura & ampliora mittentes rete,
sperabant. Cuncta illorum non in divi-
tiarum summa, sed tantum in spe con-
cepta, quæ fovebat cordis avidi deside-
rium, & ultra votum: dicuntque merito
reliquisse omnia, cum ad spem esset in
iactu fortuna; quippe cum despecte rete
in mare, voce Salvatoris cor, cuncta
ad excessum obsequij erant in fortuna
spe. Vivide Nostrates: *En todo se vid
la mayor fineza; por el vizarro abando-
mo, estando à lance de lograr fortuna*.
Innuic contextus. Illi mittebant rete in
mare. Dimiserunt audirè Christi voce:
Continuò relictiis retibus, secuti sunt eum. *Verf.* 104
Pridem unica fagina, atque modò
retia plura? Sanè; pendebat ex illo fortuna
iactu, iactus fortunæ. Continet spes quæ
continet, & quæ continere valet, cum
extendantur hominum vota etiam ad im-
possibilia: summaque bonorum augetur,
dum illo in tractu bonorum spes dimit-
titur; quippequam prorsum ampliora
sperata, quam possessa. Florebat spes in
ariditate muneris; qui summa, summa
calami & retis: *contionuòque* blandien-
tem reliquerunt retis iactum, ut amplius
floreret renuntiacionis studium: igitur ita
promptum in vocem celestem obediens,
& cæcè, cor; ut non viderent in iactu
propè florentem spem.

16 In hoc mari magno mundi, cun-
cta habenti, visum Benedicto præ sum-
mo amore, quasi reliquisset inane & scis-
sum rete. Cuncta pretiosa perfundedit.
Profectò magnum, sed restabat summum.
Mundum cum flore despexit, & rete à
spe in mare iactum continuò præ celesti
voce abdidit. Spes florida decidua, quia
difficilis despectu, fuit abnegacionis glo-
ria: igitur continuò sequitur de celo
vocantem, dum magis mundus ostenta-
bat florem. Insignis næ apud Mytholo-
gos imago fortunæ expectatæ, seu spei
magnæ fortunæ. Sedebat enim & sola.
Vide Chartar. in *Fortun. imagin.* fol.
307. Mirum sanè, fortunam sedentem
videre solam, cum avide cuncti sequan-
tur fortunam. Fortuna in spe philturum est
presentius cordi, præstigia validæ men-
ti, utriusque lenocinium in thesaurorum
Cccc 2 the.

Matth. 4.
18.

Plus simi-
lar explorati-
one fortu-
na.

Ampliora
sperata, qua
possidit.

Spei cum
Fortuna.

Chartar.

Benedicti
magnum
tot.

thesaurum. Ita in spem blandiens fortuna : & ita præteritur ut sit sola ? Ita & solum à Benedicte, mundo permalcente florido : igitur manu tenens fortunam amplioris expectatione ; reliquit solam sedentem spem amplioris fortunæ. Frequens in Sacra pagina phrasis : *Non dimittet, neque derelinquet* : de cuius sensu literali fuse egi, Tom. 4. T. 8. à n. 9. Periodus dialectis Hebr. & Arab. sonat : *Non dimittet relinquendo ; nec dimittendo in dimissione relinquet*. Sententijs complicitis nulla videbitur implicatio, sed perfectæ bonorum renunciationis expressio ; quippe ut perfectè relinquatur cuncta, spes relinquenda & bona. In abdicatione felicitatis mundanæ deseritur, quod deseritur ; sed potest retineri, quod relinquitur. Qui in huiusmodi repudio deserit bona, habet utique deserta ; sed bonorum desertione in spe remanent maiora bona : unde si aliquid manet, qui cuncta desinit, abdicatione non deserit ; igitur si spem manentem relinquit, abdicatione non abdicat. Non fufficit opus ei qui ex toto corde cælum inquiri : solutio vinculorum felicitatis terrenæ opus perfectum habet ; perfectèque cuncta dimittendo corde despicit ; qui spem bonorum, ut summam, relinquendo relinquit. Mundi prosperitatum præminens spes est. Illas ut penitus cor relinquat, spes fortunæ non deceat. *Nulli florum celsitas maior*, quam lilio : Plin. iust lib. 21. cap. 5. Si spes in flore ; flos languido semper collo, demisso capite. En hieroglyphicum celsitatis Benedicte, spei mulcentis voluntaria præfione : igitur cuncta relinquendo relinquit, ubi pro cælo in hoc mundo mundum cum flore desepxit.

Deut. 31. 6. Iofac. 1. 5. Hebr. 13. 5.

Despexit mundum & mundi florem.

Plin.

Plal. 44. 11.

Quomodo memoria in ex mundi oblivione?

tene. Ufvenit aliquibus fugere mundum, patris divitem deserere domum ; sed fatuè fovere spem, ut langueat in magna cor. Ut hoc revertatur, unde fuga ; nocet profectò derelictorum memoria : sed magis lædit, quando spes in corde florēt ; & in fuga mundi ac patriæ, commendatur memoria cum oblivione ; quoniam illorum perfectè mundum relinquitur, quum spei oblivionis qui deserit, recordatur. Vulgò : *Toda la memoria es olvidar la esperanza*. Non est in Benedicte maximum, patris domum oblivisci & floridum mundum. Non erat oblivio sola, sed recordatio cum oblivione coniuncta ; ut ex mundi florentis despectu, constaret perfectissima ex toto corde abdicatio : quandoquidem ut hanc teneret perfectionem insignem, in mundi floridi spe prorsum oblitus est florem. Consultis observemus Gregorij verba : *Despexit iam* (inquit) *quasi aridum mundum cum flore*. In nexu florentis ariditatis obijcit momentum oblitæ recordationis, ne species despecti mundi, sit spei flore despectus tantum species : igitur mundus spe deposita etiam floribus arcescit, & spe concepta vel ex memoria ariditatis floret. Benedicte mundus despicienti floruit, illeque illum cum flore desepxit ; dum illius simul recordatus & oblitus : igitur cum recordaretur speciositate florum, oblitus est tanquam aridum. Apud Iacob. Typotium, Tom. 2. Symb. 36. inveniēti imaginem hominis præditi pluribus oculis, apertis simul & clausis ; ut de Argo, Ovid. 1. Metam. fab. 12. canit : *Inde suis vicibus capiebant bina quietem. Cetera servabant, atque in statione manebant*.

Summa recessus Benedicte in quod

Gregorij Magni

Ovid.

Haud aliter instructus in despectu mundi Benedicte artificiosus aspectus : igitur si sensatio oculorum in visum, & clausi non habent usum ; ex aspectu & despectu elucet tam memoria, quam oblivio : in spe flos, præcisa cum mundo spes : mundusque floridus iam aridus eius oculis obviabat, quippe Benedicte fugiens non videbat quæ videbat.

18 In ornatu Aaronis, iuxta Philonem & Ar. Montan. in Aaron. descripta erat orbis universa pulchritudo. Pro extremis tunica hyacinthina per circuitum erant dispersa floridè tintinabula ex auro, & mala punica. Vide Hieronym. Epist. ad Fabiol. *Ad pedes eiusdem tunica per circuitum* (dicitur) *quasi mala Punica, missis in medio tintinabulis*. Insigne ma-

Exod. 28. 33.

lo-

Calcere coronam, virtutis insignes sed gloriosus non videre.

Yerl. 34.

Benedicte quid despexit, dum flore mundi reliquit?

logranati est corona. Quorsum ergo corona ad pedes appensa? Quod ad pedes collocatur, non videtur ; sed virtutis singularis peccatoris clarescit animus : equidem eximia singulariter virtus ; quod in tota mundi opulentiâ, quam portavit, coronam iacentem versus pedes non vidisset. Hispan. *Siquiera no llegar à percibir, que entre los biesmes tenia una corona à los pies*. In tintinnabulo magis prominet studiosa oblivio. Ita ut tintinnabulum sit aureum, & malum Punicum : rursusque tintinnabulum aliud aureum, & malum Punicum. Aurum parum aut nihilum sonitus habet : & non ex argento sed ex auro iuxta coronam ad pedes tintinnabulum constituitur ; quippe pro despectu gloriæ, in cordis aure, corona insignis perpulchra, etiam resonat, non sonat. Vigilanter dialecto nostra : *Aunque la corona entre los aplausos suena, no hace harmonia*. Cuncta ergo ad pedes sunt, ut eluceat in orbis despectu quam nudum cor : igitur si corona maiestatem cum potestate splendoribus indicat, & tintinnabulum despectus memoriam excitat ; pro cordis in Deum singulari virtute, ad pedes habet memoriam etiam corona. *Ad pedes* Claret in signe virtutis : etenim gloriosus etiam coronam haberet, habuit tantum ut calcaret.

19 Appositè typus Benedicte elucet. Mundi erat bonis ac opulentiâ vallatus, coronæque Imperatoris proximus ; ita ut in eius cadent sinum, cum gloria, & honore fortunæ totius patens orbis terrarum. Consule Baron. ann. 595. Trithem. & Hæften. Prolegom. 14. Hac de causa dicitur : *Tintinnabulum aureum, & malum Punicum : rursusque tintinnabulum aliud aureum, & malum Punicum*. Non unica corona, sed plures, in commendationem universæ superioris maiestatis, verum amplioris virtutis : igitur plures & plures coronæ cum tintinnabulis aureis etiam percutiebant, nihil in cordis mulcimina resonabant. Anima incumbit tota, ne essent in capite diademata multa. Cuncta ad pedes habet, & nihil videt. Rectius respondeamus instituto. In malogranato flos, fructus coronæ pretiosa est. In flore spes concipitur : & ad pedes in flore corona studio deponitur ; ut coruscaret in ipsa memoria oblivio, cum emineret Benedicte in mundi renunciatione perfectio : etenim qui spem coronæ cumulate reliquit, mundum cum flore, & toto corde desepxit. Oculos hu-

bet, sed cæcos. Quæ relinquenda vidit, sed relicta non alpexit. Ita indoctus vifus, ceterum

Dolis doctis indoctus. Plaut. Gregor. Magni. *Comparemus* (subdit Gregor. Magn. lib. 3. Dialogor. cap. 37.) *cum hac nostra indocta scientia, illius doctam ignorantiam*. Ubi nostra iacet, illius ergo disciplina eminet : igitur ut qui cognitus, incognitus esset ; in arctissimum specum se tradidit. Appio Claudio, tanquam summum meritum referenti, posse proprio cuiusque nomine pop. Rom. pro Censura salutare ; æmulus Spicio Africanus respondit : *Magna aicis ; at ego non ut multos cogascerem, sed ne ab allo prorsus ignorarer, summoperè laboravi*. Ita apud Cæl. Rhodig. lib. 20. cap. 10. Studium similiter Benedicte, à nullo propter virtutem nec sciri, & cuncta mundi in ipsa scientia ignorare. Gloria & divitiæ in domo eius, sed nescientia virtus eius manet in sæculum sæculi. Hac est nescientia docta : hoc dogmata insignia : animalis autem homo non percipit ea : stulticia enim est illi, & non potest intelligere ; quia spiritualiter examinatur. In specum Benedicte fugit, celoque lapit.

Plaut. Gregor. Magni.

Idem.

Cæli. Rii.

Eius nescientia summa.

Alium multis gloria terris Tradat, & omnes fama per urbes Garrula laudet, celoque parem Tollat & astris : alius curru Sublimis eat : me mea tellus Lare secreto, tutoque tegat.

Senec.

DIDASCALIA VI.

In manere purificationis, singularia dona Virginis matris.

1 Virtus licet immota, nunquam in quiete, quippe aliter desideret à virtute. *Decrescere summam bonum non potest* (inquit Senec. Epist. 66.) *sed in alias atque alias qualitates convertitur virtus, ad rerum quas actura est habitum figurata*. Quicquid tractavit, id amabile, conspicuum, mirabile facit. Itaque vis eius & magnitudo, ultra non potest surgere, quando incrementum maximo non est. In multis Stoicus fallitur, dum ab illo eximia virtus describitur. Est utique summum, ultra maximum : equidem quæ maxima, ut virtus constet magnitudine summa ; non-

Senec.

Virtus, est maxima, sorsor in interiora.

nun-

nunquam singulari magnitudine procedit in interiora. Clarebunt profecto summa supra maxima in Purificatione Virginis-matris: igitur in perfectione virtutis, fulgebunt amplius quanta virtus perfectionis. Summa in maximis ostendit quae in cunctis summa, in alias atque alias qualitates habitu figurata siquidem quicquid tractavit, amabile, conspicuum, atque mirabile fecit. Sidereum portabat onus, magis quam manibus pectus. Retorquatur Manil. r. *Astron. cap. 5. N. 24.*

Manil.

In medio est, circa quod cuncta moventur.

Nec grave pondus habet, quod onus ferat atheris alii.

Conveniunt in pompam, illud usque non vilam & homines & caeteros, quia spectaculum, o Virgo! facta es & Angelis & hominibus. Surrepiamus ab Ethnico re-tenta furto.

Claudian.

Convenit in unum Quicquid in orbe suis procerum: quibus auctor honoris Vel tu, vel genitor.

Ita Claudian. in 4. *Consul. Honor. v. 578.* Ad duxisti in templum tuis in ulnis, qui erat, ut tecum esset, in sinu Patris.

Luc. 2. 23.

Hic genitori in templo sistitur, & mater simul quae pura purificatur. *Dies purgationis Mariae secundum legem*, haud secundum Virginis purae purificationem. Dixi alibi hoc in articulo obedientiam humilitatem & amorem Virginis legem fecisse adversus tenorem legis. Hoc maximum, sed ultra restabat summum: etenim cum perfectio virtutis tendat nonnunquam in qualitates alias; pro summitate subiecit Virgo-mater omnes animae potentias, quarum ex subiectione quicquid perfecit omnino mirabile. Legi enim subiecit rationem, in die amoris voluntatem, memoriamque iuxta noram exemptionem. Tria aurea mala e paradiso virginitatis, pro summitate perfectionis virtutis, cuius pretiositatis scopus erit Didascaliae examen, ut perpendatur dies purificationis Mariae secundum legem. Immunitas a lege in contextu legis est. *Mulier (dicitur) Si suscepta semine pepererit masculam; profecto purificetur, ut lex impleatur.* Virgo mater masculum parit, verum semen non suscipit. Unde ergo lex purificationis, ubi mater praerogativa Virginis? Respondet Bernard. uti diximus, *Tom. 4. T. 2. D. 5. num. 2. Non iudicio, quia talem se obtulit, qualem esse nescivit.* Cordis sua-

Virgo in obsequium legi dedit potentias rationales.

Levit. 12. 2.

Si suscepta semine pepererit masculam; profecto purificetur, ut lex impleatur. Virgo mater masculum parit, verum semen non suscipit. Unde ergo lex purificationis, ubi mater praerogativa Virginis? Respondet Bernard. uti diximus, *Tom. 4. T. 2. D. 5. num. 2. Non iudicio, quia talem se obtulit, qualem esse nescivit.* Cordis sua-

Bernard.

ut in legem affectio, non veritatis discussio: vulgaremque reputari placuit, quae se singularem inter feminas cognovit. Subiicitur legi adversus quae cognovit ex ipsa virginitate: fecitque summum, quod maximum, iudicium contra iudicium: igitur rationem Virgo intelligendo subiecit ultra quod ratio cognovit: inter caeteras sane quae singularis, apparuit lege tantquam una de caeteris.

ut in legem affectio, non veritatis discussio: vulgaremque reputari placuit, quae se singularem inter feminas cognovit. Subiicitur legi adversus quae cognovit ex ipsa virginitate: fecitque summum, quod maximum, iudicium contra iudicium: igitur rationem Virgo intelligendo subiecit ultra quod ratio cognovit: inter caeteras sane quae singularis, apparuit lege tantquam una de caeteris.

De filio Virginis dicit Paulus: *Se-metipsum exinanivit, formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus.* Immunis omnino erat a tota lege, nec gaudet immunitate. Si lege non tenetur, quorsum subiecit? Ut constet quanti momenti subiectio rationis in adimpletionem legis. Cognovit exemptionem: cognovit immunitatem, & legem implendo, non solum se subiecit sed cognitionem; ut se omnino exinaniret amissione libertatis, iudicio legis praevalente in iudicium & cognitionem rationis: igitur vel servi formam libertatem cognovit, additus legis iugo quasi nesciret. Qui se cognoscit obnoxium, legis se fatetur servum. Christus erat in servi forma non in substantia. Habet substantiam servi, qui servit impotens ex-cutiendi servitute: formam vero, qui etiam in servitute retinet libertatem. In Christo forma servitutis, & non amplius; quippe voluntaria servitus. Hoc cognovit, & legi obsequiosus obediit; ut quod videbatur ex libertate maximum, per servi formam videretur summum: quandoquidem coram caeteris servis talem se obtulit, qualem se etiam in forma servi nescivit. Expressit Paulus. *Formam servi accipiens in similitudinem hominum.* Connotat Gentium Doctorem legum adimpletionem, ad quam ratione formae cum caeteris habebat similitudinem; qua de causa non signatur servitus addita, sed duntaxat servitutis forma. Servitute erat in ordine ad legem observantiae necessitas: in forma servi servitus, sed servitutis immunitas: & cum adhuc in forma servi Christus Dominus haberet immunitatem, cum caeteris erga legem ostendit similitudinem; ut appareret eximia libertatis cognitio, & etiam eximia ex cognitione subiectio: igitur in legem observantiam summam eximiam; liberum, legis apparere servum, in similitudinem caeterorum hominum. Huiusmodi obedientiam singularis summitatem ostendit Benedicti Gloriosissimi in unica voce acumen. *Pro Dei*

Se se obrulit, ultra quod servit.

Philipp. 2. 7.

Maxima excellentia, servitutis forma sub libertatis substantia.

S. Bened.

Dei amore; omni obedientia se subdat. Eit obedientia & omnis obedientia, id est, eximia. Obedientia connotat in legem coactivam servitute: omnis obedientia, in ipsa legis servitute libertatem; sed exterioris servitutis formam, quasi nullam haberet libertatis substantiam, & esset sicut caeteri hominum, qui legem adimpler, in adimpletionem legum: omnique in Christo emicat obedientia, dum apparet servi cum immunitate forma; quippe quam summa in obedientia perfectio; quod adespotes, habitu inveniretur ut homo.

In Christo eximia obedientia.

1. Reg. 28. 1.

Sicut filius sistitur in templo Patri, mater etiam virgo incumbit purificationis legi. Perfectionem virtutis demonstrat textus principalis Tautologiae. *Sciens nunc scito.* Scientia datur scientia, & cognitionis cognitio; ut ex purificatione fulgeat Virginis perfectio, quae se virginem cognovit, & in articulo quasi se nesciret: etenim quae inter feminas fuit omnino singularis, apparuit lege tantquam una de caeteris. Allipulatur Bernard. de *Purificat. Virgin. serm. 3. n. 2. Nihil (inquit) in conceptu, nihil in partu impurum: nihil purgandum. Esto (aliquoquitur Virgine) inter mulieres tantquam una earum; nam & filius tuus sic est in numero puerorum.* Cognoscit singulare privilegium, quo genitricis dignitatem obtinuit, & virginalem maiestatem non amisit. Lex obumbrabat honorem singularis praerogativae; verum omni Virgo luadad obedientia. Hac magis eminet, ubi se cognoscendo non cognoscit, & talem se exhibet, qualem semper ignoravit: hacque cognitione amplexa est Virgo purificationis legem; ut legi etiam subieceret cognitionem. Non erat in substantia, sed in forma servitutis, ex qua non solum obedientia, sed obedientia omnis; subiecta libertate, apparente servitute: etenim cum similitudinem exteriora notent, quin libertatem in perfectionem ostendent; perfectione non cognita, cognita perfectio summa. Rutillabat unibris, quae sepeliebatur tenebris legis: igitur habens ad illam singulare auctora-tum privilegium, apparuit in templo tantquam una feminatum.

Bernard.

Et puerum & pueram. Ad templum advocat. Sola legis observantia.

Virgo singularis inter mulieres, non apparuit singulari.

Benavid.

Ait Benavid. *Elog. 9.* Deus filius Virginis pupus, in similitudinem hominum factus: materque singularis inter mulieres, quasi non esset inter cunctas singularis.

Et puerum & pueram. Ad templum advocat. Sola legis observantia.

Ait Benavid. *Elog. 9.* Deus filius Virginis pupus, in similitudinem hominum factus: materque singularis inter mu-

lieres, quasi non esset inter cunctas singularis.

5. Luce splendens fulgebis: dicitur de Hierusalem. Nunquam lucidius fulsit, quam ubi Civitas Dei mystica in illa apparuit. Haec est Hierusalem caelestis, plena Agni lucernae luminis. Verum cur dum in templo cum Agno fulget luce, lux fulgentis rutillat cum splendore? Splendori lumen est: etiam splendore gaudet lux quare in purificatione lux dicitur fulgore splendida, quasi posset esse lux in ipso fulgore obscura? Videbimus sensum literalem Tautolog. 11. a n. 17. & 43. In legem adimpletionem est lux sine luce, & fulgor huius lucis cum splendore. Qui legi tenetur, fulget, dum legem observat: qui observat legem, & non tenetur, fulgore lucis coruscatur: & in tenebris legis purificationis Maria, non solum micat luce, sed luce splendida; quia ostendit in munere perfectionis splendorem, legem observans, quin teneretur ad legem. In alijs lex misit tenebras & obscuravit: splendor fecus Virginis ut lux erit; quippe quam servitute subivit iugum, dum virginitas immunitatis demonstrabat privilegium. Se cognoscebat a subiectione liberam, etiam dum sumpsit servitutis formam. Qui subiecitur obnoxius legi, elicit e tenebris lumen: qui subest nitro, eruit e luce splendorem: Virgoque in tenebris non solum luget luce, sed micat splendide; igitur non tam summissit legi virginis puritatem; quam virginalis puritatis illibatæ cognitionem. Nox lex est in puerperis: Virginis nox illuminatio in delicijs: igitur ampliohem honoris virginitas sumpsit lucem; dum legis nox virginis obscurabat honorem. Quanta lucis splendida magnitudo, quando nox illuminatio? Eius puritas virginea magis ac magis legis umbris & obcaritate nota: siquidem in tenebris fuisse novitate radiorum, & eam sub tenebris tenebrae non comprehenderunt. Non erat illuminatio, & pro Virginis delicijs. Eius delicijs esse sub lege, vulnerata immunitate, matre cognita & incognita virgine? Sane: haud inquit ex singularitate comitem gloriam, sed legis etiam cum privilegio observantiam. Unde cum eieceretur fulgor lucis ex observantia cum immunitate legis; in huius nocte Virgini splendor, fulgor, delicijs; videri, verum non esse sicut unam caeterarum.

Tob. 13. 13.

Fuit lux splendida.

Psal. 38. 11.

Fulgur in Virgine, ex non fulgore.

6 In insigni allegoria huius perfectionis effulgorat excellentia. Vidit Mar-do-

doctus quasi signum exaltationis Estheris, mirabilem fontem lucis; ac in ampliore, regiam maiestatem lucem convertens in Solem. Hoc est somnium; perferatur articulum. Lex à Rege lata, quod sive vir, sive mulier non vocatus interius atrium Regis intraverit, absque ulla cunctatione statim interficiatur. Extrà in gynæceo erat Sponsa Regis Esther, pro qua lex neutiquam, sed pro alijs præscripta fuit. Unde Assuerus ibid. cap. 13. alloquitur illam: *Non enim pro te, sed pro omnibus hæc lex constituta est.* Scit illa: responditque nancianti Mardocheo: *Ingrédia ad Regem contra legem non vocata.* En Virginis purificationis in typo theatrum, cuius plausu obstruunt cælum. Lex lata à Deo, ne possit puerpera ingredi Santuarium usque in tempus purificationis presinitum. *Levitic. 12.* Non enim pro Virgine, quæ ex partu Solis electa ut Sol; sed pro omnibus puerperis hæc lex constituta est. Extra legem est Virgo, quippequàm virginis incongruit purificationis? Offerre volebat intellectum in acceptabilis sacrificium; dum proprium singulare cognovit honorem, eligens cognitionis captivitatem. Si templum ingrederetur, cognosceretur inter cæteras puerperas (erat enim) singularis. Si non introiret, et si lege posset, estimaretur tanquàm una de cæteris: & lex purificationis à Virgine rite impleta, licet pro illa nequaquam constituta; quia pro sacrificio à lege præcognita immunitatis, videri avebat in templo sicut cæteræ mulieres.

7 Præterea. Vocatur à lege femina, quæ ex conceptu & partu impura. Quæque virgo, non vocatur; imò eximitur, igitur non comprehenditur lege non comprehensibile, nec auditum à faculo, *Mater virgo.* Maria genitrix virginitate legem purificationis contra legem observat, & ultra maximum summam perfectionis cogitat; sese cognoscens virginem, & implens legem: igitur si maximam, quod legem observaret à lege vocata feminam; summum quod Virgo adimpleret contra legem non vocata. Lex vocabatur in matris maiestatem, cæterum virginis repellat honorem. *Ista est lex parentis.* Hinc Claudian. 1. in *Entrop.* à v. 72.

Cum forma dissipus amor; desloruit oris

Eth. 10.6.

Cap. 4. 11.

Verf. 16.

Bius cognitio excellens sub legis captivitate.

Levit. 12. 7. Claudian.

Gratia: decus matris reverentia pensat. Maria gaudebat honore virginis, atque maiestate matris. Non vocatur à lege pro lege forma: & contra legem ingreditur non vocata; quippequàm proprium præterivit honorem, propter legis maiestatem. Luce splendida iam fulget, cum alia tantum purificata laceret: igitur si lux, ubi lex in puritatem vocat; fulgorque lucis, ubi splendor virginitatis coruscatur; fulget in tenore legis honore novo, quæ mater-virgo: implevit enim legem virginis munere, nequaquam vocata à lege. Quid mirum tanquàm signum in gloriam, lucem in soleni convertam? Cupiebat Virgo non videri singularis; propter maiestatem legis, contra cognitionis iudicium, sanciens in matre virginis privilegium: & cum in alijs lex lux, in Virgine sola Sol; quia sola intra Santuarium adinstat Solis, quæ lege non videbatur feminarum singularis.

8 *Murenulas aureas faciemus tibi, vermicalas argento:* dicitur in Sponsa Virgini-matri. Alij apud Vieg. *Margaritas aureas.* Alij ex Beda, lib. 2. in *Canticis.* *Legem imponemus collo tuo.* Alij denique, *Catenam auream.* Unde Hieronym. *Epi. 15.* de Afella, infit: *Aurum colli sui, quod quidem Murenulam vulgus vocat, quod scilicet metallo in virgulas lente-scendo, quadam ordinis flexuosi catena contexitur; vendidit.* Hinc Mariana in *Paraphr. metric.* succinit: *Murena formâ tibi palabra monilla fant.* Cur ergo collo circumvolvitur catena adinstat legis, vel lex aureis catenulis similis? Legis thronus caput præ legis cognitione, ut prævaleat ex operationis munere: catenulæque vocatur, quæ lex à Numine fertur; quia dicitur ornatus Virginis, sine legis catenâ catena legis. Catena, quia indicat servitutum, inserte præ pondere gravitatem: sitque colli ornatus, legis pondus, ubi voluntaria servitutus; quia quod in alijs ferrum, in collo Virginis aurum: igitur in illa pretiosa, pulchra margaritarum linea, quæ in mulieribus alijs legis catena. Hac de causa à Septuagint. legitur: *Similitudines,* seu imagines, *auri faciemus tibi.* Appositè pro lege, Virginitate pure purificationis: *Tibi,* si catenæ legis, ex auro: alijs lex catena collo; quia debet portare legem, quæ ex puerperio contraxit imparitatem: at cum in Virgine mundum puerperium, duntaxat similitudines insigniuntur catenarum; quoniam in ordine ad purgationem per-

Virginitatis præterivit honorem, propter legis maiestatem.

Cantic. 7. 11.

Hieroni.

Marian.

Ornatu Virginitatis sine legis catenâ, catena legis.

Septuag.

legem, cum cæteris tantum habebat similitudinem. Si mater virgo, lex duntaxat pro similitudine absque peccato, facta ex auro in catena pretiositate monilis; quippequàm similis atque dissimilis cæteris: dissimilis, quia in auro puritatis virginis rutilabat margarita: similis, quia legis iugo, cæterarum adinstat videbatur catenata: unde catena ornamentum colli & aureum; quia quæ virgo, apparebat sicut una mulierum. Scopo ergo. Erat enim in Virgine cognitio legis, simulque virginitatis exemptionis. Collum catenæ haud subditur, nisi prius caput subijciatur: capitis servitutus, colli profertur ornatus: ex auroque & margaritis aptatur monile collo, dum Virginis ex puerperio videtur purificatio; ut ex rationis voluntaria subiectione, libretur pretium catenæ abdicato virginis privilegio pro rationis sacrificio: igitur haud collum subijceret iugo, vel catenæ legis; nisi prius subdidisset cognitionem exemptionis. Catena legis Virginem ornat, quæ feminas alias gravat. Gravatur necessitatis pondere: ornat auro ex libertate: colloque Virginis in ornatum venulium videtur aurum; quippe catenæ legis subiecit collum. Patuit Mariana perfectionis examen, igitur propter suum.

Cogit ad celestia mentem.

9 Haud voluntas exempta; cum ratio exulret voluntarie captiva; si dici potest captivitas, dulces ambientis voluptuosæ carenas. Olim Palladis & Paphia Ethnici commenti fere certamen, quia *Paphia amorem, Pallas sequebatur legem.* Ita Paul. Silentarius lib. 7. *Epi. Græc. 41.* Contendit amor cum lege: unde subdit: *Legem Amor haud novit, violenter pugnat.*

Si te legalis cura opus detinet, Non sane tibi in pectore vorax amor. Errat, quia amor qui debet esse verax, exponitur vorax: amplexabiturque legem, quodcumque pectus amoris prosequitur veritatem. Amor verax fultit singularis in illibata purificatione Virginis, qui vorax semper expertus respectu legis: igitur ut experimet amoris magnitudinem (cum amor non cognosceret legem) lex ad amulum exacte eius cognovit amorem. Lex purificationis virginem non cognoverat: & Virgo legem observat; ut ubi incognitus virginis intactæ splendor, saltem à lege cognosceretur amor: equidem duntaxat lege præcipientis amoris, qui ab voluntas subijci præcepto legis. Cla-

rius. Lex comprehendebat matres, haudquaquam Virgines. Virgo & mater florebat pro similitudine inter feminas Maria. Quid fiet pro lege inter huiusmodi extrema? Enthusiasmus profani Vatis audendus, *4. Pastor. v. 513.*

Mater, ait, Virgo. Mota est Dea nomine Ovid, matris.

Cur mota matris nomine, si immunis à lege mater à virginitate? Amoris celsitudinem exprimit, quàm specie legis comprimit. Lex comprehendebat matris nomen: *Mulier, dicit, si pepererit. Ista est lex parentis.* Quæ comprehendebat matrem, matrem excludebat virginem; si virgo est mater legi subijceretur, deditura ab amore noscebatur: & mater-virgo pro lege mota est duntaxat nomine matris; ut esset colore legis, quod tantum erat amoris.

10 Insigne contemplerur testimonium. Opus consummaturus, quod dedit Pater ut faceret; cum in opus procederet, discipulis Iesus dixit: *Veni hora: Iohan. 14. 31. ut cognoscat mundus, quia diligo Patrem: & sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio.* Amor profectò connotat libertatem: mandatum promptitudinem voluntatis sine libertate in legem. Quo ergo pacto in unum, mandatum legis, & in Patrem æternum expressio amoris; ubi in amore libera fulget voluntas, & in legem innotam nulla libertas? Demonstrare voluit N. in exempla Asseror, quid & in qua possit amor; ut videretur in obsequijs necessarium, quod tantum erat amoris obsequium. Expresso amore, sine Patris mandato; ostendebat circa legem, quam habebat, libertatem: expressio Patris mandato, sine amoris libertate; in præcepta coactionem: præceptumque signatur, quàm legem amor amplectitur; ut in huiusmodi legis obsequio respectu, clareret dilectionis magnitudo: si quidem magnum, videri obstrictus à lege, quod faciebat in legem, duntaxat ductus amore. Summa niter charitas, quæ libera in studio voluntas, videtur observatione necessitas. Summum obsequium, præ amore amoris simulare studium; quasi esset lege debitum, quod omnino voluntarium: Christusque dum amorem flagrantissimum explicat, Patris præceptum studiosè connotat; ut videretur sub specie legis demonstratio dilectionis; quandoquidem liberam in legem adpositam voluntatem, sub obedientia prætextu ostendebat servitutum. Lex pridem ser-

Virginitas honoris ocula colore legia.

Ubi sagi

Iohan. 14. 31. 16. 32.

Amoris summum studium, quod studio amoris, ostendebat uti præceptum.

Ornavit collum, quia subiecit caput.

Mantuan.

Paul. Silen. Amor in legem.

Idem.

Tom. V.

Dddd

servitute noverat: amorem non cognoscebat: quoniam amor legem nonnunquam expulit, ut libertatem servaret. Non lege in legem est ductus, qui captus lege, sub serviente immunitate. Pende. Pater filio volenti legem imposuit: iussa filius & obivit, & subivit; professus lege dilectionem erga Patrem: igitur inter legem & amorem, lege solummodo amoris, ductus in amorem legis.

11 Ex huiusmodi incendio, peccatoris virginis foculo, accensa amoris flamma, ut lege purgaretur qua purissima. Urget & aterni reverentia summa parentis.

Virgineos sensus, & mollia corda puella. Quas operas impendit ei gratissima nato, A summa celsa virtutis origine manant; Materique puer nimio praebebat amori: Angetur maternus amor.

Acciunt Mellius Soufa lib. 6. in fin. Subditur Virgo puerpera legi, quantumvis virgo. Legis praecipuum est & dilectio. Dilectio ratione virginis: praecipuum respectu matris. Ni virgo, in legem excluderet libertatem: ni mater, ignoraret legem. Fulsit in eo summa charitas, quod in libera a lege, legis videretur necessitas: nomineque matris in legem est ultrò mota, qua virgo mater intacta; ut ex legis pulchra specie summitas videretur in amore: igitur amor ut summus dignoscitur, ubi quasi sub praecipuo opus liberum perficitur. Videtur oppositum lex & amor: matris maiestas, & virginis decor. Amor in legem erat nomine virginis: praecipuum verò ex nomine matris; amorque simul cum lege, in matre-virgine: unde inter mandatum & amoris incendum, amoris & amorem dicit mandatum; quippequam lege tantum amoris, qua virgo-mater allecta in amorem legis.

Uede amoris perficitur, dum purificatur Virgo

1. Cor. 6. 12

Que consideranda a Principe in prudenti regimend Senec.

Idem.

12 Phrasia singularis Pauli consideranda Omnia mihi licent (ait) sed ego sub nullius redigar potestate. Sententia digna Paulo, uti Principum instructio: nihil profecto a lege deviat, modo consideretur, etiam interveniente maiestate, quid licet, quid decet, & quid expedit. Unde Senec. ad Polyb. cap. 26. inquit: Casari ipsi, cui omnia licent, propter hoc ipsum nulla non licent. Et in Octav. v. 448.

Id facere laus est, quod decet, non quod licet. Cicero pro Rabirio inquit: Hic iam iudices vestri consilij res est, vestra sapientia: quid deceat vos, non quantum liceat

spectare debetis. Claudian. de 4. Consul. Cicer. Honor. v. 267.

Nec tibi quid liceat, sed quid fecisse Claudian. decebit

Occurrat, mentemque domet respectus honesti.

Sape igitur in fastigio collocato turpissimum, quod privato reputaretur honestum: quare Terentius in Heautontim. Act. 4. scen. 5. v. 49. ait:

Imò alijs si licet, tibi non licet.

Pro decore enim status, Principem decet, quod melius. Ergo in Pauli testimonium. Omnia mihi licent: ait. Quid quod immunis a lege? Quod sub nullius redigitur potestate. Contrarium omnino. Quomodo non redigitur sub potestate nullius, qui liber subditur omnibus? Nulla alia potestas legis, quam obligatio obstringentis servitutis. Servit cui licet non servire: quo pacto in ipsa obedientia potestas est, non esse sub potestate? Quia non vult, dum potest eximi. Intendit Paulus in amoris amplissimum studium, ubi sine lege legi meditatur obsequium. Quia omnia licent Paulo in omnibus, & quae extra legem; propter hoc ipsum omnia licita non licent: obediunt ultrò in cunctis aliorum legi, quando sub nullius ex lege redigitur potestate; quoniam pro lege amoris subdebat voluntas, ubi legis potestas nulla potestas. Sub potestate legis redigitur iure, cui non licet sine transgressione transgredi. Potestati nem subiacet, cui iure licet. Cui subijcitur quia vult, lex profecto & nulla lex: Paulusque redigitur in legem amore, quàm sub nullius redigitur potestate; ut potestas legis sit, quae erat libertatis lex: siquidem lex videbatur adest potestatis libertatis, sub potestate & captivitate legis. Ulterius in phrasia expositionem. Videtur ostendi immunitas; dum nulla in observantiam, legis signatur potestas: quo ergo intuitu phrasie significationis opposita, Pauli legi non obstridi declaratur obedientia? Altissima prorsum mentis cogitatione. Non redigitur sub legis potestate, amori est sub potestate redigi: igitur summa flagrantis amoris, quae amoris obsequia sunt, simulari in obsequium specie legis.

Amoris hinc legem egrigia claritas, ubi legi potestatis nulla potestas

13 Currus Amoris ductus fingitur à turturibus subingibus cum haccine epigraphae; libertas captivitas. Vid. Petrarch. in Triumph. Amor. & Carol. Neapolitan. in 4. Fast. Ovid. Libertas sub nullius redigitur potestate: captivitas est sub legi: & ut effulgaret Amoris claritas, coniungitur

Terent.

Amoris hinc legem egrigia claritas, ubi legi potestatis nulla potestas

Petrarch.

Currus amoris tractus à turturibus.

gitur & libertas & captivitas; quippe libertas à ingo prementis legis, dulcor omnino sub captivitate Amoris. Intelligitur modò illud Sponsæ Deiparae dictum: Collum tuum sicut monilia. Hebr. Sicat Turtures. Maluend. consule: unde Viegas in Apocal. 12. sect. 11. n. 1. inquit: Turtures multebre ornamentum. Virginis enim laudatur collum, quia subit iugum; sed turtorum adinstar, singulate Virginis ornamentum: equidem si captivitas a lege, & libertas ab amore; captiva sub iugo amoris, & sub libertate legis. Vox turturis audita est in terra nostra: Libertas, nempe, captiva. In munere purificationis erit alijs legis obligatio: Virgini amor singularis perfectio: ingenioque sub amore (uti in turturibus, ornato collo obediunt monilibus, ut cluceat è tanto ornatu speciositas) libertas copulatur & captivitas; quippe redacta in legis potestatem ab amore, cum Virgo sub nullius redigitur potestate. Sub illa est, quia nullo modo sub illa. Monile est colli, legem libere observantis, quicquid captivitas habuit ponderis, in amoris pondus, & voluntatis decus: equidem libere adimplevit purificationis legem, ut adimpleret captiva dilectionis perfectionem.

Nullas liber erit, siquis amare volet. Memoria etiam fuit captiva inter rationis & voluntatis obsequia. Hoc ultra maximum, eximum. Verus amor nullum novit habere modum. Intende in Evangelistæ stylum. Postquam impleti sunt dies purgationis eius secundum legem. Eius. Cuius? Mariae, ut patet ex textu Græc. Cur igitur nulla mentio, cuius fit purificatio? Quia ritus haudquamquam ex obligatione, sed ex lege: excluderetque legem, modò Mariae designaret nomen. Maria peperit, nomenque Virginis taceat, dum Virgo ex parte purificatur; ut silentio in ipso munere nominis, privilegium constaret immunitatis: etenim lex purificationis inanis & vacua, si diceretur Maria. Nomen Virginis ad incarnationem dicitur: in purificatione qua virgo ex parte non nominatur: si nomen diceretur Virginis, irritum praescriptum legis: sed cum ob amoris flammam, Virgo etiam obsequiosè dedicatura memoriam; tacito nomine, in quo insigne privilegij, ne videretur immunis, etiam oblita fuit sui. De Messala Corvino dicit Solin. cap. 7. Post agritudinem percussus proprii nominis obli-

Cant. 1. 10.

Vieg.

In Virgine captiva libertas.

Propert.

Idem.

Luc. 2. 22.

Veit. 27. c. 1.

Cur dum purificatur, nomen Virginis taceat

Solin.

viore. Idem Plin. lib. 7. cap. 24. Virgo mater sui nominis oblita, in purificationis observantia, haudquamquam per agritudinem, sed per insignem excellentiam humilitatem. Si sui esset vel nominis recordatio, memor sane ad legem, quòd esset virgo: virginique nihil ad legem, qua non purificat virginem; quia in virginitate pura, etiam matris nulla macula: nomenque in Virginis purificatione dicitur legis, haudquamquam Virginis nomen; ut cum nominis memoria nominis legis cederet immunitatem. Causa sublimis sub manum, ut ex-meditato studio novam luceret obsequium. Si privilegium ex nomine diceret, & legi privilegium dedicaret; in eius gloriam cederet abdicationis officium, quia cederat privilegium: & meditante exemptionem taceat, dum legi exemptionem obtulit; ut maior pretiositas esset victimæ, in oblatione memoria: igitur oblita sui vel immunis erga legem, pro lege propense studuit ignorari immunitatem.

15 Audiamus huiusmodi in studio singulare præconiàm à Doctore Gentium. Promiserat Deus Verbum futurum in habitu carnis: At ubi venit plenitudo Galat. 4. temporis, misit Deus filium suum, factum ex muliere, factum sub lege. Est ergo: verum cadit sub dubio, maxime in Paulo Virgini-matri addito & ex corde toto; cur dum filium Dei & Virginis ostendit in mundo, dicit factum ex muliere, quando pro matris commendatione, dicere quibat factum ex Virgine? Vox Mulier communis femininis, quin explicet earum corruptionem, vel integritatem. Quo ergo inquit Paulus Virginem dicit mulierem, & non virginem? Indicat Paulus, quid filius Dei in carne sub lege pertulit, & quid etiam sub lege eius genitrix obtulit. Ut Maria dignè in eius constitueretur matrem, constituit virginem; ita ut inter cunctas mulieres esset mater, esset virgo singularis: & cum filius sub legis esset onere, pertulit diei factus ex virgine, factum ex muliere; quia vehementioris doloris, ex lege purificationis matris, quod qua virgo candore illibato vel ex partu, purificationis umbra non cognosceretur virgo. Quod filio sub haccine lege dolor, amplior genitrici decor. Si Paulus diceret genitricem virginem, in matre simul indicaret a lege purificationis immunitatem: dicitque virginem, non virginem, sed mulierem in Virginis blandimem circa legem: equidem

Christi passio, quod virgo mater non cognosceretur virgo.

dem legi Virgo mater sese tradidit, quasi virginitate immunis mater non esset. Apponitis delicatior. Virgo mater purificatur; & mulier quasi virgo non esset, in purgatione dicitur: quasi scilicet non inesset privilegium, in cuius oblivione totum Virginis studium; quippe celsio privilegij in gloriam cedebat Virgini: & cum Virgo non solum legi cederet immunitatem adespotam, sed exemptionis memoriam; ut mulier legi se obtulit, quasi quid cederet in celsione non haberet, quandoquidem incognitum nomen virginis, hominclarum mulieris. Gloriam humilitatis querebat Virgo, ut in sacrificio honoris, honoris amplius micaret perfectio. Contendebant adinvicem immunitas & humilitas. Uti mulier, non videbatur exempta: à legis immunitate, humilitatis obscurabatur gloria: & pro gloria humilitatis signatur Virgo nomine improprio mulieris; ut nec exemptio videretur possibilis.

In quo Virginis excellentia, capitula virginitatis immunitatis

1. Cor. 9. 15

Erga legem humilitatis inflexio, immunitatem cedere.

16 Sumpsit Paulus à Virgine exemptionis reipuit usum. Ego autem (ait) nullo horum usus sum. Non autem scripsi hæc, ut ita fiat in me: bonum est enim mihi magis mori, quam ut gloriam meam quis exiecit. Loquitur Paulus in suo munere, de operis supererogatione, de quo Chrysolom. & Antelm. hic. Gloriam vocat insignem, quicquid cogitat & perficit ultra legem. Quod ultra, non cadit sub legis forma: & cum legis exemptione non utitur, quasi de tanto glorietur; quippe tantum erga legem, legi dedere exemptionem. Aptè gloria, siquidem singularis excellentia, tenori obedire legis, prerogativa exemptionis. Maioris erat apud Paulum subiectionis humilitas; quam ex legis immunitate libertas. Qui honorem ex privilegio querit, honore utitur; sed gloria humilitatis evacuat: moritur Paulus potius elegit, quam quod quis humilitatis eius gloriam evacuet; quippequam in lege ob splendorem honoris, evanescit splendore humilitatis. Denique. Est gloria que potest evacuari, & etiam que crescit ex evacuatione gloriæ. Evacuatur gloria libertatis erga legem, cum lex impletur iugo subdens libertatem. Evacuatio augetur, quoties legem observans exemptionis obliviscitur. Magna gloria immunitatis, verum amplior oblivionis: Paulusque mavult honoratus exemptione legis mori, quam huiusmodi gloriæ evacuatione privari;

quippe construit miro modo gloriam suam, oblivisci exemptionem & exemptionis memoriam. Gloria est splendidi honoris, urgente lege reminisci libertatis; ut maius sit obsequium, ubi victimam libertas in opatum sacrificium: verum pretiosior oblatio, in ipsa oblatione libertatis oblivio: Paulusque potius eligit privari vitæ, quam huiusce oblivionis carere gloriæ; quippe apex insignis gloriæ, libertatis memoriam cedere legi.

Maius, in celsione memorari, & celsionis oblivisci.

17 In purificatione perpetua offerbantur duo pulli columbarum vel pariturum. Fecit cum Agno etiam Dei Virgo mater.

Luc. 2. 24.

— Moyses moderamina legis Observare debet, factus offerre sacerdos, Implumesque simul ferre ad delubra columbas.

Iavenc.

Accinit Iavenc. 1. de Histor. Evangel. v. 212. Contemplatur Bernard. quò supra. Infitique: Oblatio ista satis delicata videtur. Sumpsit acumen Virginis oblatio ex eius humilitatis ingenio. Gloria Virginis, quia Mater- virgo, fuit honor exemptionis, respectu legis. Ex huiusmodi gloriæ evacuatione, honor constabat humilitatis. Nequibat non subsistere splendidus exemptionis honor, quandiu in matre virginitatis perseverabat decor. Aliquid cogitandum ab humilitate, pro novo ex munere honore. Exhibito in sacrificio turture, vel columba; dantaxat offerrebat legem immunitatis gloria: Virgoque obtulit pariturum, aut duos pullos columbarum; quippequam non solum celsis legis immunitatem, sed etiam exemptionis recordationem. Hæc sine singulari gloria Virgini- matri, sui nimirum oblivisci: eligeretque potius mori, quam celsionis honoris gloriæ evacuari; quoniam humilitas excogitavit vicissimam, exemptionem & memoriam. Dum aliquid honoris ceditur, celsio memorie blanditur. Aptius quam Paulus, qui dicere virgo, dum sub lege purificationis est; Ego autem nullo horum usus sum: in oblationeque immunitatis Virginis, honor signatur & etiam memoria honoris; siquidem in legis observantiam, oblita est esse atque fuisse omnino puram. Erat respectus legis, in quo officium illustri humilitatis; sed maius obsequium cogitavit humilitas, quam libertas: tuique obliviscitur Virgo, ubi fit virginis immunis purificatio; quippe egregior gloria Virginis in oblivione exemptionis.

Bernard.

Ubi supra. v. 21.

Bernard.

Verf. 22.

Greg.

Bernard.

Humilitatis acumen, cedere cum libertate erga legem, libertatis oblivionem.

Pro victima, dum Virginis purificatione, offerretur immunitas, & oblatio.

18 Filius non iure ullo subditus legi, subditur circumcisioni; sed immunitatem procellatur, dum circumciditur. Vocatum est nomen eius Iesus. Altruit Bernardus, de Circumcisione. ferm. 1. num. 2. Circumciditur (inquit) tanquam verus Abrabe filius: Iesus vocatur tanquam filius Dei. Sese obtulit, quum adespotus circumcicioni aptatur, verum sui non obliviscitur. Denuò lege alià fitur templo, & sui omnino præ se fertur oblivio. Observa textum. Postquam impleti sunt dies purgationis eius (Mariæ nempe) secundum legem, tulerunt illum in Ierusalem, ut sifferent cum Domino. Illum. Quemnam? illum. Ita Græc. cum articulo: Tulerunt illum illum. Sine nomine puerum? Cur nomine non signatur; si factum, dum circumciditur? Altiora docet in sphaera humilitatis, quando subditur denuò præscripto legis. Liber legis subijctur circumcicionis legi: Redemptor etiam subditur redemptioni: hæcque nullo modo nominatur, quum immunitas à lege circumcicione proferretur; quippe si circumcitus humilitatem expressit, redemptus gloriæ humilitatis demonstravit: equidem summum in humilitate acumen, cedere cum libertate libertatis oblivionem. Tulerunt in templum illum illum. Quis nisi ille ille, immunitatem poterat abdicare, & celsionis nequaquam reminisci? Post circumcicionem redimitur,

quin exemptionis nomine ingerat noticiam; quippe celsis propter legem exemptionem & memoriam. In eodem textu elacet erga legem Virginis imitatio. Postquam impleti sunt dies purgationis eius, tulerunt illum. Illum de filio sub lege: Eius de matre in legis observatione. Fortè roget, quis vincat amor? Non pugnat amor. Divus amor iusto: coeuntia sacra ian-

Souf.

Modulatur Ioannes Mell. ubi supra. Virgo in legis munere est etiam sicut filius sine nomine, obita sui. Si nomen diceret, exemptionem virgo nimirum ostenderet. Capiebat humilitatis summam, memor legis obliviscendo memoriam; & ut observet legem, tacetur nomen; igitur si per nomen notescit persona exempta, & exemptionis singularis forma; proculdubio gloria legis, fatigium humilitatis in oblivione exemptionis. Ecce in paradiso virginitatis aurea poma: tres rationales potentia legi capta cum Maria. Excerptat ergo anima aliquid de pomis fructum Solis & Lunæ, in redemptione Redemptoris, atque purificatione puritatis. — Dies iam proxima veri:

Virgo ascensit in cacumen.

Eius dona nova.

Deut. 33. 14.

Ite nurus omnes, sacros altaris ignes, Tura focis, faculas manibus date, ducite pompam. Attulit in templum nova dona puerpera Virgo.

